Nos Johannes de Sprowa iudex et Hanussius de Oleschnicza Subiudex Terre Sandomiriensis Generales Recognoscimus vniuersis
tam presentibus quam futuris quibus expedit presencium per tenorem Quomodo Venerabilis ac Religiosus vir dominus Swanthoslaus Prepositus
Monasterii Busken ordinis premonstratensis cum Conuentu suo Monasterii ibidem contra et aduersus Prouidos et Circumspectos viros
videlicet contra Adam et Hanussium Consules et contra Martinum lexomg Clementem Czeponis Andream Pukleo Wenceslaum Papiess
Johannem konf Clementem Clericum Katherinam viduam Nicolaum Vasserhel Katherinam virginem Petrum Trzek Mathiam
Hambyerth Clementem Whanzkonis Albertum Regulis et Stanislaum Bnelzolbsky sic nuncupatos opidanos ibidem de Busko
ceterisque pluribus in [...] coram dignitariis et Baronibus Terre eiusdem Sandomiriensis maioribus detulisset et mouisset Pro agris dictis
Przimyarky ibidem in Busko iacentibus de Busko eundo in Brzeznina in parte dextra tendentibusque ad limites ville dicte Brzeznina
Monasterii memorati et ab eisdem limitibus vsque ad limites ville dicte Olbyzary progressiue Iterum ab eisdem limitibus vsque ad
viam que vadit [...] Olbyarski vsque ad Busko asserendo et affirmando idem Prepositus cum suo Conuentu memorato
eosdem agros esse Aduocatie seu Scultetie pro ipso et Conuentui ipsius ibidem possesse fore suos et Conuentui ipsius Volens eosdem
agros Aduocatie seu Scultetie sue ibidem incorporatos et astringens eosdem ad equalem solucionem racione certi Census prout de aliis
agris ibidem soluere est consuetum Tandem variis et multis terminis Colloquialibus inter partes predictas diuersisque modo seruatis
In Termino autem quodam peremptorio de consensu parcium vtriusque dominis dignitariis Colloquio Wisliciensi generali nobiscum presidentes
Probacionem dictis Consulibus et opidanis Busken super dictis agris vt premittitur deuenerunt fore admittendam [...] quod ipsorum Proaui
ipsi et patres eorum a multis annis tenuerunt habuerunt et possidebant pacifice et quiete et nunc tenent et possident
nullos census alicui Preposito aut Conuentui aliquando soluentes et etiam predicti agri numquam fuerunt Scultetie sue Aduocatie Monasterii
eiusdem et probauerunt sufficienter cum testibus de tribus Ciuitatibus ipsis adiacentibus Inspecta decretum dignitariorum et nunc super
hiis inuentum Unde nos visa et intellecta dictorum Consulum et opidanorum memoratorum sufficienti probacione agros iam dictos iure
signa memorata et secundum visionem inter partes predictas preministralem factam Consulibus et opidanis memoratis nostra Sentencia
diffinitiua mediante adiudicauimus temporibus perpetuis possidendos et quibus adiudicauimus ita quod iam dictus Prepositus vel qui fuerit pro tempore
nec suo Conuentui de eisdem agris non tenentur soluere quidquam Decima tamen de eisdem agris pro Preposito et Conuentu ipsius
solummodo reseruata Harum quibus in testimonium nostra presentibus Sigilla sunt appensa Datum Wislicie feria secunda proxima post
[...]dominicam [...]tare Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo presentibus hiis dominis Strennuis militibus Dobeslao de Sanchez
domino Nicolao Pallatino Sandomiriensi Lanciciensi Floriano Wisliciensi Jasschone Czechomen Castellanis
omnes Nicolao de Lucolba Petro de Strzelcz Philippo de Chrobercz heredibus et aliis quampluribus fidedignis [...] Magistro Helya decano Sandomiriensi

Nos Johannes de Sprolki iudex et Hanussius de Oleschnicza Subiudex terre Sandomiriensis Generales, Profitemur universis
tam presentibus quam futuris quibus expedit presencium per tenorem, Quomodo Venerabilis ac Religiosus vir dominus Swanthoslaus Prepositus
Monasterii Buskensis ordinis premonstratensis cum Conventu suo Monasterii ibidem, Contra et adversus Providos et Circumspectos viros
videlicet contra Adam et Hanussium Consules et contra Martinum lexonis, Clementem Neponis, Andream pellificem, Wenceslaum papiesz,
Johannem Komif, Clementem Clericum, Katherinam viduam, Nicolaum Rasszek, Katherinam virginem, Petrum Krzek, Mathiam
Sambyerth, Clementem Whauztoma, Albertum Regulicz et Stanislaum Bnelzolbsky sic nuncupatos Opidanos ibidem de Busko
cum ceteris pluribus incolis, Coram dignitariis et Baronibus terre eiusdem Sandomiriensis maioribus detulisset et movisset pro agris duabus
Przymyrky ibidem in Busko iacentibus de Busko eundo in Branina in parte dextra tendentibusque ad limites ville dicte Branina
Monasterii memorati et ab eisdem limitibus usque ad limites ville dicte Olbzary progressive, Iterum ab eisdem limitibus usque ad
viam que vadit circa Sarnum dominum Olbzarsky usque ad Busko, asserendo et affirmando idem prepositus cum suo Conventu memorato
eosdem agros esse advocacie seu Sculteciae per ipsum et Conventum ipsius ibidem possesse fore suos et Conventui ipsius, Volens eosdem
agros advocacie seu Sculteciae sue ibidem incorporare, Et astringens eosdem ad equalem solucionem racione certi Census prout de aliis
agris ibidem solvere est consuetum, Tandem variis et multis terminis Colloquialibus inter partes predictas diversisque modo servatis
In termino autem quodam peremptorio de consensu partium utrarumque dominorum dignitariorum Colloquio Wislicie generali nobiscum presidentes
probacionem dictis Consulibus et Opidanis Buskensibus super dictis agris ut premittitur decreverunt fore admittendam eo quod ipsorum progenitores
avi et patres dictos agros a multis temporibus tenuerunt habuerunt et possidebant pacifice et quiete, et nunc tenent et possident
nullos census alicui preposito aut Conventui aliquando solventes, et etiam predicti agri numquam fuerunt Sculteciae sive advocacie Monasterii
eiusdem, et probaverunt sufficienter cum testibus de tribus Civitatibus ipsis adiacentibus iuxta decretum dignitariorum et nunc super
hiis iniunctum. Unde nos visa et intellecta dictorum Consulum et Opidanorum memoratorum sufficienti probacione agros iam dictos iure
signa memorata et secundum visionem inter partes predictas per ministerialem factam Consulibus et Opidanis memoratis nostra Sentencia
diffinitiva mediante adiudicavimus temporibus perpetuis possidendos et quibus adiudicamus, ita quod iam dicto preposito vel qui fuerit pro tempore
nec suo Conventui de eisdem agris non tenentur solvere quidquam, Decima tamen de eisdem agris pro preposito et Conventu apud
solummodo reservata. Harum quibus in testimonium nostra presentibus Sigilla sunt appensa Datum Wislicie feria secunda proxima post
Dominicam ... Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo, presentibus hiis dominis Strenuis militibus Dobeslao de Sanchez
domino Nicolao Pallatino Sandomiriensi, Clementi Floriano Wislicensi, Jasschone Chechomey Castellanis, ... Petro Helya decano Sandomiriensi
miles Nicolao de Lucolba, Petro de Slizoll, Philippo de Chroberz heredibus, et aliis quampluribus fidedignis.

374

Przywiley na Przymiarki Jana do Pierwa [illegible] y Jana z [illegible]
Podskiego Ziemstwa Sandomirskiego Kolia 143 [illegible] a [illegible]
Fa p. Dnicam Lelare przysiężonych Miastu

[illegible] Przymarkowi

N. F. 3

374

Przywiley na Przymiarki Jana Dziersowa Polizga y Jana z Olesnicy Podskarbiego Ziemstwa Sandomirskiego Roku 1434go. Iż od wytus Dnia f. ... Dziecam Lelowe przysięzonych Miastu.

Przywil. Przymiarkowi

N. F 3

3

8

Pisze.